



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 15. Serviæ Regis litteræ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](#)

Sæcul. XIII.  
A. C. 1291.

ne quis hominum, cujuscunque status vel dignitatis esset, in illa ius sibi aliquod affereret, vel ullum ei dampnum inferret. Epistolam Papa dederat 2 Jan. 1291. Nempe Rudolphus suum filium Albertum inauguraraverat in Regem Hungariæ tanquam regni beneficiarii ad Imperium desvoluti. Cæterum illa Papæ assertio non erat nova, quippe annis abhinc ducentis & amplius a Gregorio VII propugnata velut minime dubia.

*Sup. lib. 63.  
§. 11.*

### §. XV.

#### *Serviæ Regis litteræ.*

*Rayn. n. 43.* Stephanus Rex Serviæ ac Regina Helena conjux ejus ad Papam Nicolaum miserunt Marinum Archidiaconum Antibarensem, qui peteret viros idoneos descendis saniora & ad Ecclesiæ sinum reducendis Bossinæ hæreticis numerosis oppido ac per dolosos sermones suos catholicam fidem vitiare conantibus. Possebantur, inquam, viri regionis linguam callentes, & quorum vita bono populis exemplo esset. Igitur Papa Fratrum Minorum per Sclavoniam Ministrum Provincialem jussit duos Ordinis Fratres, quales Rex cuperet, feligere in Bossinam mittendos, quos Regi per litteras commendavit 23 Martii an. 1290.

Regina

Regina Helena per eundem Archi- Sæcul. XIII.  
diaconum Antibarensem Papæ dici cu- A.C. 1291.  
ravit se cogitare futura æstate colloqui n. 40.  
cum Bulgarorum Imperatore Georgio, ut  
eum ad sanam fidem, ac præstandam Ec-  
clesiæ Romanæ obedientiam adduceret;  
orare proin, ut Papa huic Principi scri-  
beret. Promisit ille lubens, ac Reginam  
ad pium propositum fortiter perficien-  
dum impulit. Nec Georgio duntaxat n. 38. 39.  
scripsit, verum etiam Bulgarorum Ar-  
chiepiscopum stimulavit, ut Regem to-  
tamque nationem Ecclesiæ Romanæ  
jungere studeret. Sed haud noverat  
hunc Præsulem, quia ait dubitare se, an  
is esset idem, quem alias Constantinopo-  
li vidisset. Omnes has epistolas eodem  
dabat die, nimirum 23 Martii.

Regina Helena & Archiepiscopus n. 42.  
Antibarensis scripserunt etiam Papæ Sa-  
vam Albaniæ urbem e diutinis ruderis-  
bus suis fuisse denuo exstructam, populo-  
que catholico vehementer poscente E-  
piscopum, urbis Clerum iniisse suffragia,  
& postulasse ab Archiepiscopo, ut electum  
quendam Sacerdotem Petrum nomine  
confirmaret; sed illum noluisse id facere  
sine permisso Papæ. Qui reposuit: Si  
post inquisitionem debitam videris elec-  
tionem canonicanam, virumque muneri  
parem esse, de consilio Prioris Domi-  
nicanorum, ac Præsidis seu Guardiani  
Fratrum

Sæcul. XIII. Fratrum Minorum Ragutæ residentium  
 A.C. 1291. illam habeas ratam, volumus, ac electum  
 Baudrand. deinde consecres. Dabat 11 Junii an.  
 1291. Sub nomine Savæ intelligo Sap-  
 pam Albaniæ modo in dirutis cæmentis  
 jacentem suis.

## §. XVI.

*Capitur Ptolemais: terra sacra  
 amittitur.*

J. Villani  
 l. 7. c. 138.  
 S. Anton.  
 hist. to. 3.  
 p. 231.

M. S. Victo-  
 rin. n. 974.

Occupatio Ptolemaidis & ruina Chri-  
 stianorum in Palæstina Papæ urgen-  
 tiora brevi negotia facessebant. Cum  
 post jacturam Antiochiæ, Tripolis, Tyri,  
 cæterarumque urbium, quas Christiani  
 Latini in Syria habuerant, ad solam  
 urbem Ptolemaidem redacti essent, hæc  
 populo ac viribus magnopere augebatur.  
 Reges Hierosolymæ ac Cypri, Princeps  
 Antiochiæ, Comites Tyrius & Tripoli-  
 tanus, Hospitalarii Templariique Equi-  
 tes, Legati Papæ, sacri milites Fran-  
 ciæ Angliæque Regum sumptibus su-  
 stentati, ibi omnes residebant, ita, ut  
 tribunalia judicio capitali prædita, quo-  
 rum alia aliis obnoxia haud erant, se-  
 ptendecim numerarentur: quæ res con-  
 fusionem pariebat magnam. Postea-  
 quam Rex Henricus cum Kalauno Elal-  
 fo Sultano Ægyptio fecerat inducias,  
 Ptolemaidem venerunt mille sexcenti  
 circiter